Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3185

Quelle:
Copyright:



porro *Codici* ſummum ſplendorem conciliat, *Icones* ſunt XLII. Vitam, Paſſionemque Servatoris coloribus elegantiſſimis repraeſentantes, quarum illa, quae *fol.* 60. viſitur, Pictoris, ut arbitror, μονογραμμα hac figura ꝟ exhibet. In ultima magna hominum omnis conditionis multitudo genuflexa quinque *Chriſti* Stigmata veneratur, quos inter eminentem *Albertum* Card. quivis facile adgnoſcet, cui alterutra Ejus imago ab *Alberto Durero* aeri inciſa nota fuerit. Margines ſingularum Iconum adornant Figurae V. T. Myſteriis depictis ἀναλογαι. In fronte *Codicis* legas: 1623. *Solamen ſpei patientia. Hunc librum aeterni amoris fidelitatisque perfectæ ſignum Sacræ Cæſareæ Maieſtati D. Clementiſſimo dono dedit. Sacri Rom. Imperij Princeps Elector per Germaniam Archicancellarius Jo. Suicardus* (de Cronberg) *Archiepiſcopus Moguntinus.* Haec *Ferdinando* II. manu propria *Princeps cum maximis aevi ſui comparandus*, ut adpellatur a *G. Chr. Joannis* in *Suppl. L. V. Rer. Mogunt. Nic. Serarii* T. I. P. 2. p. 932.

## DCCCCL.

509 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 176. 4. nitide ſcriptus continet: I. Meditationes de Vita et Paſſione Servatoris in XXIV. Diei Horas diſtributas hoc titulo: *Das andechtig Zeitglögclein des leben vnnd leidens Chriſti nach den XXIIII. Stunden ausgetailt.* Exponitur praevie modus utendi, et ipſa Myſteriorum in Horas Diviſio, hoc initio: *Diſes Buechlein iſt nicht annders, dann ain andechtige betrachtung darzu ſich der Mennſch mit allem vleis ſchicken ſoll* &c. Lucem vidit *Ulmae.* 1493. 4.

II. *fol.* 133. Meditatio de ſacrificio Miſſae hoc titulo: *Die betrachtung von der meſs anfachent von der menſchwerdung Chriſti.* Initium: *Das conuiteor das iſt die offen peicht bedeutt die predig ſand Yohanns des tauffers* &c.

III. *fol.* 146. Farrago piorum Exercitiorum, puta: Meditatio de Nativitate Chriſti; VII. Miſſae multum proficuae *Gregorio* M. ut adſeritur, revelatae, et a. 1411. quo nullus hoc nomine Pontifex, ab *Innocentio* confirmatae; Orationes in magna affliction per Triduum dicendae; demum Orationes quaedam ad SS. Trinitatem et Divinas Perſonas compoſitae pro Duce *Wilhelmo Bavaro* anno 1531. qui annus lapſum Cl. *Lambecii* Codicem hunc L. II. *Comment* p. 809. edit. *Kollar. col.* 642. *Maximiliano* I. Imp. tanquam *cariſſimum* tribuentis manifeſtat. Neque *inſignem* facile cum eo dixero; non deſunt enim ſaltem in poſtremis levia quaedam et ſuperſtitioſa.

## DCCCCLI.

Codex membraneus germ. Sec. 958
XVI. Folior. 524. 4. charactere gran-